

Sapienterpretationes pro nominibus, & contraria.

De pro Idei.

Verfones

terpretationes, ut Pax pro Salem, de quo egimus late Tautolog. 3. in Exposit. litt. num. 19. 20. & 21. interdum nomina & interpretationes, ut Etiam Amen; & alia sic, uti notavimus Tautolog. 5. in Exposit. litt. num. 23. quapropter dicitur Advena in terra aliena. Idest, Gersam, quod significat Advenam, vel qui est in terra aliena. Hinc sensus: Filium, Gersam sive advenam vocavit, quippe genuit eum in terra aliena; vel quia habuit advena. Hic stylus floret sæpe in folijs sacris, & præter alibi dicta, lucet 4. Reg. 20. 14. ubi Ezechias dixit Isaie de legatis Regis Berodac: De terra longinqua venerunt ad me, de Babilone. Non de terra longinqua & Babilone: sed de terra longinqua, scilicet, Babilone. Psalm. 17. 1. & 2. Reg. 22. 1. In die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Idest, de manu Saul, in quo erant & propter quem omnes inimici David. Sic alia. Non secus intelligendum est Advena, idest, in terra aliena.

25 Verfones ergo exhibenda præcipui huius Tautologiae testimonij. Advena & peregrinus sum apud vos. Hebr. Vobiscum diu degens. Persic. Peregrinus & hospes sum apud vos. Rab. Ionath. Peregrinus & advena ego vobiscum. Samaritan. Peregrinus, & inquilinus sum vobiscum. Syr. Hospes apud vos. Caictan. Habitans & sedens ego vobiscum: denique Oleast. Peregrinus & diu habitans fui apud vos. Ad instructionem igitur morum contemplerur arcana huius peregrinationis, ut vel dum in mundo sumus conversatio nonstrat in caelis.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Advena sum, & peregrinus. Magis peregrinum in humana natura, incola & advena: igitur non est, ubi est, sed ubi habitare vult.
2. Advena, & peregrinus. Virtutis sanè perfectio, ubi in peregrinatione videtur peregrinatio.
3. Advena, & peregrinus. Telluris utique renunciatio gloriosa, dum corpus mortuum nec terram possidet in sepulturam.
4. Advena, & peregrinus. Amplior singularitate perfectio, ubi inter homines peregrinus homo.
5. Advena & peregrinus apud vos. Homo supra homines est: igitur peregrina patet gloria, quid singulare in commun natura.
6. Advena & peregrinus: siquidem gratia peregrina, quod non esset peregrinus, qui fuerat advena.
7. Advena & peregrinus in terra. Christus in caelo peregrinus & non advena.
8. Advena & peregrinus, quippe ibi erat corpore, & in caelestibus mente. Amplius prodigium in Virgine-Matre; etenim suscepit Olympus simul cum anima corpus.

DIDASCALIA PRIMA:

Superata tellus sidera donat.

Boet.

Felix qui in terra sistit, & sidera tã gis.

Idem.

Anit Severinus Boëtius de Consolat. Philosph. lib. 4. metr. 7. Habitatio hominis vel in caelo vel in mundo. Si exulat vel habitatione à mundo, erit proculdubio in caelo; igitur ubi animus generosè renunciat, superata tellus sidera donat. Astruit ibidem Severinus exemplo Alcidis: quandoquidem superatis monstris telluris, creditur caelum ob insignem triumphum.
Ultimus caelum labor irreflexo Sustulit collo: pretiumque rursum Ultimi calura meruit laboris.

Terram superat, & caelum portat; ut constet esse in caelo, qui non moratur in mundo: siquidem despiciere terram, non est terram amittere, sed caelum despectu gloriæ

tenerè. Pondus est, sed pondus gloriæ; etenim dum terram calcas, tempora stellis coronat. Omnes (ait Seneca Epist. 59.) tendunt ad gaudium; sed unde stabile, magnamque consequantur ignorant. Ille ex convivijs & luxuria: ille ex ambitione & circumfusâ clientum turba: alius ex studiorum liberalium vana ostentatione, & nihil sanantibus litteris. Sapiens ille est, qui plenus gaudij hilaris & placidus, inconcussus cum Dijs ex pari vivit. Si ita habitas terram, pervenisti ad humani boni summam: igitur in terra sistis & sidera rangis.

2 Advena & peregrinus: dicitur Abraham. Quis non? Dicit Apostolus: Qui enim hac dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua

Ubi quâ vera gaudia: Senec.

Genes. 23. 4. Heb. 11. 14. 15.

Non est in illis ubi est, sed ubi habi tare vult

Est in caelo, qui non habitat in mundo.

Pauper-tas voluntaria est in mundo gloria.

Ut caeli habitatur gloria, ubi liviscenda terra

qua ceterunt, habebant utique tempus revertendi: nunc autem meliorem appetunt, idest, caelestem. Abraham in terra erat, & incola; sed caelestis ab illo expectabatur, cum esset in terra. Cum alia expectator & alia teneatur; non est corpus ubi est, sed ubi habitare vult: Abrahamque dicitur peregrinus & advena, dum est in terra; quia ibi non erat, ut maneret, sed ut exiret: ut exiret mente, unde erat corpore: igitur caelorum habebat regnum, cum ibi esset, quasi non esset ibi, propter regnum caelorum. Clarius ostendat. Omnes peregrini sumus: ad patriam tendimus: sed est peregrini, non sumus advenæ; quippe detinemur in terra delectabilibus malis, animi vinculis, quibus nequit moveri, à quibus congruit separari, ut tendat in patriam, qui natus ad gloriam: Abrahamique dicitur advena & peregrinus, dum ab illa, quam habitat, calcatur tellus; quia ubi tenebatur, nequaquam detinebatur, ut esset in caelo, cum habitaret in mundo.

3 Regnum designatur à Pierio per malum punicum, lib. 54. cap. 28. Ab Alapide in Cant. 4. 13. describitur emblema despectus bonorum temporalium. Improprium sanè videtur, ut signum sit felicitatis, quod miserimæ abiectionis: & ubi pauper-tas, ibi iurè signatur summa felicitas; quippe cedit tota gloria, ubi regnat paupertas voluntaria. Regni ostenditur malum punicum emblema, quoniam ornatur coronâ: & etiam despectus destinatur telluris, ut qui in terris sit caelestis: igitur habebit regnum caelorum, quemquem raderit deliciarum caelestium.

Consideremus symbolum. Malum punicum coronâ ornatum patrescit in terra. Exauctoratur pulchritudine & diademate, si steterit in tellure: & in illo præscribitur regnum, & despectus bonorum temporalium; quippe necesse est, ut derelinquat terram, quisquis intendit conservare coronam. In symbolo demonstratur modus in perfectionem, ut homo contingat virtutis usque cacumen. E terra malum granatum oritur, verum si esset in terra, destrueretur. Non potest non esse in terra, quicumque de terra est: perfectio sanè virtutis, ut in terra super ste: & ostenditur punicum malum tamquam virtutis speculum; quippe tunc eius pulchritudo peregrina, dum in propria terra est advena: igitur floret super terram mali punici corona, quasi non esset in terra. Super terram corona micabit, ne in malograto desideretur corona. Occurrit insignè documentum, in prudentiam Principum.

Illustrius regnum, quod acquiritur virtutibus, quam traditum à parentibus: hinc pulchritudo mali punici, quoniam corona acquiritur tempore: & in coronæ conservationem, malignanti prudentia demonstrat indicem; quippe corona etiam acquilita perit, modò terram, ex qua ortum, aliquatenus tetigerit. Obliviscatur ergo domum patris, qui officio gesserit Principis.

4 Ulterius. Regnum & malum punicum cognoscuntur per coronam: & dum homines exultant bonis falsis terrenis, punicum malum signum presertur renunciationis; quoniam ut in caelo obtineatur corona; opus est etiam in mundo, quòd elevetur à terra.

Felix qui potuit boni Fontem visere lucidum. Felix qui potuit gravis Terra subvere vincula.

Succinit ubi supr. Boëtius lib. 3. metr. 12. Aprè proponitur gloria, terra in terra solventi vincula gloria: etenim cum terrena cohibeant, ut corda sursum ascendant; fractis terrenis vinculis, inhabitabunt in caelis.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum: dixit Assessor. Modò quo despiciabilis cunctis, videtur paupertas fortunæ comes; ut minime mortales fugiant, in qua bona vera latitant, odientes felicitatem, quoniam extimam non habet felicitatis speciem. Sic ergo: cæterum cogita cæteris virtutibus promitti præmia, & proponi uti futura; pauperibus autem præsens exponitur gloria. Ipsorum est regnum caelorum. Sunt utique in mundo: quo ergo patet erunt in caelo? Haud implicat, igitur superata tellus sidera donat. Haud protrahitur huiusmodi felicitas, dum viger in hominibus vera paupertas: & vel habitantium mundum, proprium est regnum caelorum; quippe propiores caelo, quò magis ac magis separantur à mundo.

5 Præctica fiat huiusmodi veritas, ut innoteat cunctis latens felicitas. Catenâ aurea (ita fidum ab Homero Iliad. 7.) suspensa fuit per Iovem à caelo ad tellurem, ut qui erant deorsum, per catenæ pretiosæ tractus ascenderent sursum. Ita igitur v. 18. canit:

Eia periculum facite, ut videatis omnes Catenam auream de caelo, Omnes appendamini Dijs, omnesque Dea. Catenam quidem deum ad verticem Olympi Alligavero: illa verò suspensa omnia sursum. Varia Mythologi dixerunt de huiusmodi pretiosa catena. Vide Dionys. Arcop. lib. 3. de Div. nom. Iustinum Martyr. in Admon.

Princeps sit regimini, & non sanguini, nec selu rit.

Quomodo homo elevatur à terræ.

Boet.

Matth. 5. 3.

Est verâ beatitudo telluris adven-gatio.

Catenâ Iovis aurea.

Hom.

Gen.

*Gentium.* Platon. in *Theatet.* & Macrobi. in *Somn. Scip.* lib. 1. cap. 14. Nos vero cuncta bona interpretatur catenæ pretiosa, in terram è caelo descendentia; igitur omne datum optimum & omne donum perfectum defursum est, descendens à Patre luminum: qui quidem inter caelum & terram suspendit auream catenam bonorum, ut per illam in terra stantes ascendamus in caelum. Ergo perpende. Qui intendit per catenam, pretiosis rebus refertam, fursum ascendere; satagere debet de rerum presentium dimissione: igitur totus conatus erit, ut apprehensa dimittat, & quæ superiora apprehendat: quippe possessione non perfundat, nequit obtinere superiora. Quò magis ascendit, magis dimittit: quò magis dimittit, ac renunciat; magis Olympo, principio catenæ appropriat: quippe quicquid & quantum despicitur mundi, acquiritur caeli: tangitque qui pauper sidera, si quæ sunt in catena, dimittit omnia.

6. Quæ apud Homerum fabula, nobis paupertatis est forma, & felicitatis umbra. Vide accuratè scalam Iacob. Per illam Angeli ascendebant & descendebant. Scala stabat super terram, & usque ad caelum eius perveniebat cacumen, quasi transitus à tellure in perpetuum celestem felicitatem. Per spiciuntur percipitur in scala, quàm in aurea catena. Dimittitur scala bonorum in mundum, ut homines ascendant per scalam bonorum: igitur si per illam omnia bona terrena, è caelo delapsa; quicumque non dimiserit, non ascendit.

*Ascendentes & descendentes* describuntur: sed unde argumentum? Si bona in scala sunt, & bona terrena, facilis sanè censura. Hi bona fugiunt: illi ad bona veniunt: & non ascendit, qui possidet, sed qui fugit; igitur appetitus bonorum temporalium, nequam est ascensus, sed precipitium. Ascendentes & descendentes in scala sunt: & quod alijs descendo, alijs ascensus felicissimus est; quia accedere mundo, est à caelis separatio: & alijs ascendunt, dum fugiunt; quoniam appropinquant summis, quò magis separantur à terrenis.

7. *Ascendentes & descendentes* in scala. Ex ipso motu constat gloriæ differentia. Qui descendunt per scalam, gradum manibus pertractant, ubi prius pedes incuriosè posuerant. Qui autem ascendunt, pede calcantes proterunt, quod manu habuerunt. Habere in manibus bona, sunt estimationis signa; sicut index fastidij, plantæ calcare. Omnia bona terrena in scala emittunt; ascendet per scalam, qui reliquerit: &

In caelis ascendere nequit, qui terrena possidet.

Gen. 28. 12.

Appropinquant summis, qui magis separantur à terrenis.

Ha despicere, ubi ascendunt.

qui degunt in terra, ascendunt in superiores quoniam bona, quæ ut pretiosa habentur sæpe præ manibus, iacent in scala virtutis tamquam ingrata sub pedibus.

Denique proposito aptius. Exponitur usque ad caelum è terra scala, quasi per bona temporalia hominibus celestis concederetur via. *Super terram, & cacumen illius tangens caelum.* Datur via per bona temporalia, sed despecta, quippe qui cum bonis in terra iacet, non ascendit: ascendit, qui relinquit: & cum despecti telluris sit coniuncta beatitudo celestis; erit in mundo, & videbitur in gloria, quisquis reliquerit omnia bona terrena, quæ sunt scala: quandoquidem in caelo obrinetur fastigium, ubi in terra non manet, quid dimittendum.

8. Intelligitur modò, quare pauperibus spiritu celestia bona exponantur presentia, & cæteris dumtaxat isthuc bona futura. *Ipforum est regnum caelorum.* Modò quæ futura beatitudo? Modò, Apostolos alloquitur Magister celestis, ostendens premia felicitis renunciationis. Reliquerunt omnia. Quid ergo præmij huiusmodi paupertatis? Præmij est regnum caelorum. Est, vel erit? Est. Proximiores erant caelo, qui ascendentes per catenam, aut scalam, dimiserunt terram: verum esse in gloria & esse in terra? Utique. *Ecce nos reliquimus omnia:* dicunt. Ascendunt in caelum per catenam bonorum, & est propior cacumini, qui plus dimiserit terræ. Tantum versus caelum obtinetur, quantum telluris dimittitur. Habetur caelum, si relinquitur totum: & Apostolorum est modò regnum caelorum vel in hac misera vita; quoniam in terra reliquerunt omnia. *Quid ergo erit nobis?* Nil novi erit: continuabitur quod est. Habebatur bonum, quod in hac vita summum. Vestrum est regnum caelorum. Non est habentis terrena. Est derelinquentis omnia: & spiritus pauper regnum caelorum nanciscitur; quoniam plus non est in terra, quod relinquitur. Finita est aurea bonorum catena, per quam ad beatitudinem via: & iam non via, si reliquerit omnia; igitur prompta meta, ubi non ultra. Conceditur regni celestis possessio, ubi bonorum inanum sit renunciatio: & tangitur in terrâ cacumen summatis scalæ, quippe calcata terra donat attingi.

9. Huius felicitatis quàm studiosos voluit suos atque Benedicere, qui ut in caelo omnia servaret, cuncta in terra tribuere decrevit! Ita igitur cap. 4. *Regul. Sancti. Insuperum.* 46. alumnos Sanctis. Legislator alloquitur: *Vitam æternam omni concupiscen-*

Obtinetur caeli fastigium, ubi in mundo nil reus non reus quanda.

Matth. ubi sup.

Ibid. 12. 17.

Ibi gloria, ubi in telura nil ultra.

S. Bon.

tiâ spirituali desiderare. *Desiderare*, dicitur quod significat affectum, & defectum: igitur magis desideraretur gloria celestis, si propter tot seculi obices desideraretur magis. *Hispan. Mas se despara, si se echava menos.* Hac enim est mortalium fatuitas, & sæpe voluntaria cæcitas: siquidem esse sub sensibus putant delicias. Bene ergo: verum quid desiderium vitæ æternæ cum paupertate? Omnia, quippe cum paupertate voluntaria non desideratur vita æterna. Paupertas omnia terrena relinquit, omnia despicit: & cum paupertate coniungitur vita æterna; quoniam est gloria relinquentis omnia. Qui nihil habet, gloriam habet: qui nihil habet, omnia possidet: & non est in voto suprema felicitas, quàm obrinetur voluntaria paupertas; quippequàm minimè desideratur, quod iam habetur. Habetur? Sanè: qui relinquit omnia, attingit ultimum gradum scalæ, in quo patet porta caeli. Non habet ultra, quò moveat pedem, qui tetigerit cacumen: & ut gloriâ æternâ Monachus gaudeat, iubetur à Patre, quòd cuncta in terra despiciat; siquidem paupertate voluntaria, terrâ calcata elevatur ad sidera.

Paupertas voluntaria est in terra celestis gloria.

Jerem. 2. 26.

Amor patriæ praevalet rationi.

Ovid.

Amor facit ignem.

Virtus crescit ad vici.

virtutis, crescere adversis. Tunc rex ait: *Venite, sapienter opprimamus eum: ne forte si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnantisque nobis, egrediatur de terra.* Intuitus oppressionis considerandus. Haud rex timeret, quòd terram expugnet, & ibi maneat; sed quòd expugnatam fugiant. Singularis cogitatio, cum iure belli terra victorum sit debellantium possessio. Profectò singularis, ceterum propria Israelitarum indolis. Distinctum utriusque propositum in possessione terrestrium felicitatum. Aegyptij respiciebant in lucrum: Israelitæ in caelum: & si ingruit oppellorum debellatio; suspicantur illi fugam, iam possidentium terram: igitur si Aegyptij habent terram, ut habeant; Israelitæ dumtaxat habent, ut proterant. Ibi Israelitæ, qui egressuri, nati: sed erant advenerit ibi; quia in terra propria etiam exules, anhelantes in terram promissionis. Ita habitantibus terram, omnis terra, & nulla terra patria; quæ fursum corda. Nihil habet in mundo cogitatio: etenim dum obviat terrena possessio; habet haudquam ut habeat, sed ut fugiat: quippe licet volent ante cogitationem terrena omnia, calcet, & despicit, ut egrediatur de terra.

Exod. 104.

Quòd mundani nisi in erit Monachii in dium.

Seneca.

Summa felicitas, scire mori.

Idem.

Psalm. 138. 13. Ambros.

Qui in vita moritur, in morte vivit.

10. Pro supplicio dicitur Iechonix: *Mittam te, & matrem tuam, quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non esis.* Quod erit eius genitricis exilium, ius est esse Monachorum studium: igitur ut vacent propositæ paupertatis perfectioni; aliena debet esse ipsa tellus, in qua nati. Quàm lætos exitus habent electiones, si electores à patria in qua nati, forent exules! Quid si terra propria, aliena? Amor patriæ ratione valentior omni. Fatuitatis sit confessio, ubi nulla valet ratio.

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Ait exul Ovidius lib. 1. de *Pont. Eleg.* 4. Qui dulcedinem exaggerat, fatuitatem designat: etenim qui non sui dulcedine patriæ, & fuga rationis; sunt amantes. Sufficit pro supplicio, rationis privatio.

11. Ad rem. *Terra aliena, in qua nati non esis.* Hoc habitatoribus mundi: aliter igitur degentibus intra claustra Monasterij: etenim semper aliena putanda, quæ fuerit terra; quippe in terra nati, qui verè Monachi, semper alieni, quasi terræ non nati. In filiis Israël ab Aegyptij præsis exemplum prospiciamus, quòd imitaturus qui verè Monachus. In feraciore tellure regionis Aegyptiacæ vitam agebant, dum terrigenæ usque in vitæ amaritudinem laborantes studiosè vexabant. Quorundam opprimebant eos, tantò magis multiplicabatur. Nota est

14 Ergo scopo Didascaliz. Apud te, dum advena in terra sum. Quo pacto apud Dominum, si habitat mundum? Est in mundo, & est in celo, ex habitationis modo. Terra erat propria, sed in illa vivebat, uti advena. Qui in mundo est, quasi non esset in mundo, non est in mundo. Est in mundo, qui iudicat uti terminum. Non est in mundo, qui respicit uti exilium: & cum superata tellus sidera donet; est vel in mundo, ubi Dominus fedet: igitur si terra patria, & patria gloria; vel in terra advena concessa gloria, quia se peregrinum arbitrat in patria. Audiatur Paulinus ad *Cytherium* v. 485.

Astritur gloria despicientis terra.

Paulin.

Beatus es nunc mente pauper, sed spes dives, quae gaudent pauperes. Qui defraudati lubricis mundi bonis, Caeli fruuntur gaudijs.

DIDASCALIA II.

Peregrini officium nihil prater suum negotium.

Cicer.

Genes. 23.4.

Peregrino nocet mansio.

S. Bede.

Per abstractionem a saeculo Religiosus acquiritur assimilatio.

It Cicero de *Offic.* lib. i. Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a Domino: & stat perfectio in eo, quod peregrinatio, sit vera peregrinatio. *Advena* & *peregrinus sum*: dixit Abrahamus. Idem, peregrinus & peregrinus, vel verè peregrinus: & merito, quia vera peregrinatio, dum quicquid fuerit alienum, non reputatur negotium. Instruitur Didascalia in obsequium & studium perfectionis, atque in demonstrationem fraudis, qua pericula Monachorum incuriosè decipiuntur, & in peregrinatione nequaquam peregrinantur: non solum quia quouque obviet propolita meta, perierint semper debent procedere ultra (& non procedunt, ubi in miseris subsistunt) sed quia conficiunt inconsulto vincula, ex decretis contra pondera: ægrèque fertur ex alarum plumis, construunt pennatorum pedes; ut queis congruit volatus, fecerit gressus.

2 Materiam designat Dux, Paterque Monachorum, qui instruens in perfectionem discipulum, *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 20. dicit: *A saeculi actibus se facere alienum.* Observa: *Se facere.* Esse alienum, est fatuitatis: sese facere, virtutis. Illud defectus intelligentia: hoc verò stabilitimentum instituti: & non dicit esse alienum, sed se facere in actibus saeculi; quia commendari debet saeculo per abstractionem, nequaquam per

fatuitatem. Pro Superi! Quanti falluntur sub huiusmodi specie! Meritum incenditur in saeculi oblivione; & ubi negatio, facit, non sedet oblivio saeculi: oportetque Monachum sese facere alienum; haud quia quod gerit, alienum, sed quia instituti non proprium: quasi nimirum intelligere nollit, ut bene ageret.

*A saeculi actibus se facere alienum.* Exponitur qualis debet esse peregrinatio, dum vivimus separati in Monasterio. Utilitas propria à peregrino est tantum consideranda, quippe aliorum commodis detinetur, si tenetur; ac iter, si detinetur, non agitur: quod quidem debet respicere quasi scopum; quoniam nil nisi negotium constat peregrini officium: & alienatio à saeculo in actis, ostenditur uti forma huius peregrinationis; siquidem quicquid saeculi, à Religiosis alienum: at si alienum, non negotium.

3 Denique. Esse alienum ab actibus saeculi, est saeculum reliquisse, sed nil aliud prater saeculum. Se facere alienum, est saeculum reliquisse, aliquid etiam cum saeculo; sed cuius semper oblivio, quia renunciatio non erit perfecta (est in illa, mundi gloria) ni cor despiciens & calcans felicitatem, etiam obliviscatur despectus recordationem. Peregrini officium, proprium negotium: & docetur Monachus, se facere alienum; quippe nequaquam negotium in peregrinationis itinere, ni potiarum oblivione; siquidem ubi frustra mundi calcati venena, nocet actuum renunciationis memoria. Tardum fugam fingit, sed hamum abscondit; ut trahat arte, qui memor est fugæ: quin vel pessundatus spe præconcepit decidat; cum habeat affectum fastidij, quo hamum validissimè figat. Quid cum memoria saeculi virus, ubi ad necem sufficit non affectus, sed respectus? Quid? *Memores estote uxoris Lot.* Habet in nobis fabula ficta locum. Intendit.

4 Occidit Euridice, in quam calcata venenum vipera diffusit. Adinstat vipera mundi vana gloria apparet, igitur arte vel calcata nocet. Fit plerumque in consensu non bellum, sed supplantatio, in talum serpentis dente recepto. Occidit, sed Orpheus ab inferis revocavit, conditione accepta, quod frustrarentur dona, si retrò flecteret lumina. Annuit, sed dilectam perdidit, quippe ut sibi placeret memoria, flexit amans oculos, & protinus illa relapsa. Boëtius ut his vultibus apponant medicamen, & fabulam deseribit, & apodotum, de *Consolat. phil.* lib. 3. metr. 12.

Donatus comitem viro,

Platinius fatua est meculas plurimum.

Quid à Monacho aliquid non, non utique, tamen.

Vel mentis avaritia seculi non curat.

Luc. 17. 32.

Nocet ad solam affectum, sed respectum.

*Emptam carmine contigem.* Scà lex dona coereat, Ne dum Tartara liquerit, Fas sit lumina flectere. Heu! Noctis prope terminas Orpheus Euridicem suam Vidit, perdidit, occidit. Vos hac fabula respicit, Quicunque in superum diem Mentem ducere quaeritis. Nam qui Tartareum in specus Vitæ lumina flexerit, Quicquid præcipuum trahit, Perdit, dum videt inferos.

Boet.

Virus fastidij efficitur in miam.

Monachus non respiciat, quid reliquitur, sed quod tendit.

Habac. 2.14.

Senec.

Utilitas saeculi fugam, ubi suge etiam spectatur memoria.

Quomodo vera Monachi peregrinatio in vita?

Iam à Tartaro saeculi eduximus carmine vocationis, animam in auram lucis, devictis victorum tenebris. Conceditur libertas fugienti à fallaci mundo, ni fugiens respiciat retrò; quoniam ita efficax virus, ut nocet levis oculorum iactus. Peregrini non est respicere, quid itinere relinquit; sed quò tendit. Respicit retrò, dum mundi iam obliti non sit oblivio: & interdicitur etiam memoria, ubi conceditur fuga; quoniam ni oblivionis studiosè obliviscatur, in barathrum, à quo fugit, proculdubio revertetur. Haud facile pisces educantur ad litus, si intactus illicis hamus: videnturque homines quasi pisces maris, si modo recordantur oblivionis: etenim parum interest, quòd fugiant, dum hamum aduncum portant.

5 Audite Senecam in *Præf.* ad lib. 99. nat. *Effugisti (ait) vitia animi: non est tibi frons sicca, neque in alienam voluntatem sermo compositus, nec cor involutum, nec avaritia, qua quicquid omnibus absulit, sibi ipsi negat: nec luxuria, pecuniam turpiter amittens, quam turpius reparet: nec ambitio, que te ad dignitatem nisi per indigna non ducit. Nihil adhuc consecutus es. Multa fugisti, te non dux.* Aurea verè verba. Hæc est principalior, atque necessaria fuga: igitur si hæc omnia relicta cum relicto mundo; ut sese fugiat, nec horum debet esse recordatio: quippe quæ nihil deserit, qui se in abnegatione non reliquerit. Muli sunt in mundo, qui extra mundum sunt: & extra, sunt in mundo; quia quid sunt obliviscuntur, & quid fuerint, recordantur. Cuncta pessundantur, & nihil; quoniam seiplos non fugerunt: & dum extra fugientes, sunt profundius intra saeculum; siquidem per fugam memoriam in saeculum revertuntur. Peregrinantur, at non peregrini veri, ubi recordantur à quo alienati: etenim ut in peregrinatione vera sit peregrinatio, cunctis despectis, debet esse despectus etiam odii.

6 Vel memoria nocua est. Eriam memoria? Sanè. De quo fastidium? Melius est reliquisse cum mundo pretiosum, quam non habuisse relinquendum, nisi mundum: igitur negatio possibilibus recordationis desiderare videtur meritum, cum virtus non habeat advertarium; & privatio uti voluntaria, astruere virtutem, expellens necessitatem. Quænam ergo depositionis pericula? Alienationis memoria. Fundamentum perfectionis est lapis pretiosus paupertatis. Pauperes sunt qui ad Monasteria recedunt, qui deserant mundum; sed omnino non sunt pauperes, ni obliviscantur quicquid potest oblivisci, vel quædam mundi quale quale pius maneat in corde. Mundus debet à Monachis relinqui, atque ex toto pessundari: attamen in renunciatione mundi non fit renunciatio, ni oblivionis renuncietur oblivio. Aliquid reservatur, quum dimittitur; paupertatis formam deveniunt, atque virtutis decorum maculans: & deficit aliquid perfectæ dimissioni, dum reservatur aliquid; quippe paupertas vera, decora, si omnino nuda.

Quod nihil est, nihil est. Ex nihilo nihil fit. Sibi opponitur positum renunciationis, in ambitu paupertatis, ubi mundi bona relinquuntur villa, & memoria horum pretiosa: quæ quidem cum mundo etiam relinquenda; quoniam ni relinquatur totum, non derelinquitur saeculum, generante in paupertate stultitia, renunciationis memoria. *Memoria memor ero (dicit Ieremias) & tabescet in me anima mea.* Ostendit viam in paupertatis perfectionem, & etiam imperfectionis perniciem, ut caute procedant, qui gloria mundi renunciant: quandoquidem virtus tabescit in anima, dum recollitur memoria.

7 Reliquit vertex Apostolorum quicquid habuit, & quicquid habere potuit: igitur vel possibilia amplectitur nuda voluntas. Multum dimisit, quando etiam desideria habendi missa fecit. Tunc igitur dixit Præceptorum celestium, & exemplo paupertatis: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Illic Dominus palma remisit libellum supplicem, quippe vera gratia iurat in velocitatem: subscripsitque: Vos qui secuti estis me: in sede manseritis sedebitis.* Bene, verum gravis occurrit difficultas; igitur duo continet propositio Petri: *Sequi, scilicet, & Relinquere:* ac adæquatè Christus minime respondit propositioni; etenim premium se sequentibus imponet, & mundi dimissionem prætermittit. Utique, & meditantur. Docet Petrum m-

Ni relinquatur totus, non relinquatur mundus.

Paupertas vera, quæ omnino nuda.

Threas. 3.20. Dedecorata virtus, ubi in despectu recordatur dei spectus.

Matth. 19.27.

Verba. 28.

Summa despectus scilicet est renuntiatio ignorantia.

do renunciare, cum manuissionis perfectione. Reliquit Petrus sequens in alienatione paupertatis virtutem; doceturque a Christo, quo pacto modum securus perfectionem. Reliquit mundum Petrus, verum scit se reliquisse mundum: & perfectionem, illum docet, in renuntiatione normam; ut etiam dimittat renuntiationis scientiam. Vivide Nolrantes: Sabia, que de xaba, y Christo le enseña a dexar lo que sabia. Reliquit mundi vanitatem, ceterum non reliquit mundi deserti recordationem: & Præceptor haud meminit pessundate vanitatis, sed officiorum sequentis; quoniam ut tenderet in paupertate perfectam, necesse erat, dereliquisse derelictionis memoriam.

Despicitur oblivioni recordatio.

8 Præterea, Plaudit Dominus sequi, & omittit derelinquere. Altò sanè consilio, ut innotescat paupertatis perfectio. Semper remunerat iustus index facinora: & de præmio tacet, dicente Petro, Relinquimus omnia, quæ sententiam eius redarguens, ubi mercedem despectus inquiri supplex: igitur si sibi mundi relicti reservatur memoria; minime dum reliquit, reliquit cuncta. Cuncta itaque relinquenda: at non relinquuntur omnia; nisi in oblivione pro mundi despectu, despicitur oblivioni recordatio. Postquam dereliquit, imitationis meminit: Christus autem tantum dicit: Qui secuti: igitur non perfecte sequitur, qui discipulus memorie reminiscitur; cum tantum vere sequantur, qui omnium præter eum quem ius sequi, obliviscuntur.

In anima mundi despectus est nec memoria.

9 Causa cognitioni aperienda. Periculum impendit animæ sub derelicti mundi cognitione: etenim licet mundus mittatur, non mittitur totus mundus; nec dimittitur, nisi totus. Aliquid est quod dimissione habetur, ac in cordis serinijs reservatur: siquidem oculuditer spinther memorie, cordis prætionis mobile. Hoc est, separari a mundo, sed non separari a se: & non est perfectio, ubi sui non fuerit abnegatio. Multa fugisti (ut vidimus ex Seneca) te non: nihil consecutus es: scilicet perfectionis, quoniam sublime habitaculum virtutis. Est pretio dignus in mundo mundi despectus, quoniam despectus pretij memoria dignus. Est summa, tamquam virtutis argumentum, pretiositas; verum occurrit scrupulosa paupertas: & Dominus prætermittens derelinquere, dumtaxat sequitur sequi; quippequam in anima, Christo omnino dicat, vanitatis mundi, vel calcati, nec memoria.

10 Cautionem nota. Apostoli reliquere omnia & secuti fuerunt Dominum. Ad-

lescenti cuidam in cacumen anhelanti virtutis, sed sine expensis laboris, quippe nudam averfabatur paupertatem, & reflectens lumina in Ditem; dixit Iesus: Si vis perfectus esse, vende que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo; & veni, & sequere me. Duo occurrunt examinanda sub una quaestione: Quare scilicet non permittit Magister celestis etiam discipulis, ire, & vendere quales quales possessiones ac facultates, si adolescenti perfectionis avido indulset, dum propositum exposuit? Utrique satisfactionem. Quicquid venditur, est pretio dignum: hinc pro re emptariè traditur pretium: & quæ habuerunt discipuli, non vendiderunt, sed reliquerunt in mundo; quia quæ mundi, indigna pretio. Per gratiam Dei penduntur in cogitatione hominis momenta rerum, atque examinantur pretia, quasi ad lapidem Lydium. Insigne examen Matthæi exhibuit demonstratio, cum pretia rerum subsisterent in telonio. Iesus vocavit, & statim respondit. Sedens erat ad telonium, & surgens secutus est eum. Pretia reliquit, vel non esse demonstravit: igitur pretiosum non esse mundum, quando in pretio bonorum non erat pretium. Non est venale, quod pretio non appetibile. Quod nihil est, non venit; quoniam neminem inutilitas afficit: & Christus indulget juveni ut vadat, & omnia vendat; quia bona mundi cogitabat aliquid; dum reliquerunt discipuli, quia cuncta bona cogitarunt nihil.

Verf. 21.

Que in mundo, indigna pretio.

Marc. 2. 14.

Nec in pretio prestantiam.

11 Aptius Didascalie proposito ex quaestio secundo. Bona mundi, estò bona falsa, viscata sunt. Sufficit vel memoria ad hasso, ut cor inhaereat glutino; quoniam bona amata hamata, non quia bona. Fascinant specie; cum nequeant cognoscendi fallaciam, nocere pretiositate. Vel levis sat inruitus, ut alliciatur illecebris pectus: & Christus Dominus juveni concedit, quod vadat, & bona vendat; igitur tantum profunt, ut distribuantur: discipulis vero derelinquentibus mundum, nec exitus indulgetur ad quid vendendam; ne, dum specie virtutis in seculum egrediuntur, ad Christi Domini scholam minime revertentur. Quam expe fallit recedentes mundus larva charitatis, atque figurâ virtutis: Delicatus ille est (ait Iulculenter, lepideque Hugo Victorinus lib. 3. Did. erudit. cap. 20.) adhuc, cui patria dulcis est. Fortis autem, cui omne solum patria est: perfectus verò, qui totus mundus exilium est. Ille mundo amorem fixit, iste sparsit, hic extinxit. Ni extinguatur memoria, instant virtutibus præcipitia: & facilis irre-

Memento mundi qui non obliviscitur, in exemplum trahitur.

Hug. Victor. Extinguatur vel memoria.

irrevocabiliter labitur, ubi casus virtutis cultu contegitur.

Matth. 4. 20.

Verf. 22.

Mundi bona ante me vinculo.

Que non cogitat Deus pro hominis commodol Palm. 93. 10.

Que Machis in seculo videtur solatia, in tentis retia.

S. Benedict.

Curiositas ab illis fuganda.

rat, amare fatagit. Vide pericula, & remedia apud Scribanum in Medico Religios. lib. 3. cap. 19.

Titulo pietatis scilicet capiuntur.

12 Occurrit exemplum insignis renuntiationis, ne refugiant, quæ Dij vocant, larvâ pietatis. Vocavit Dominus Petrum, & Andream mittentes rete in mare, & illi continuo relictijs retibus secuti sunt eum. Transit inde, vocat Ioannem & Iacobum, qui erant cum patre reficientes rete: Illi autem statim relictijs retibus & patre, secuti sunt eum. Navem etiam reliquerunt: cur igitur dumtaxat describuntur retia, si reliquerunt eum retibus alia? Ut clareat, quid sint bona mundi, & quantum Domino debeamus in horum alienatione: igitur haud tantum renuntiamus bonis, quam libertatis vinculis. Non gloriemur de seculi abnegatione, sed de nostra libertate. Quia præceptum, videtur durum, & durum, quod nostrum commodum: quandoquidem licet cuncta essent, quæ in mundo reliquimus bona; tantum reliquimus retia. Quantum meritum, si dimittimus navim, quæ naufragatur: Magnum sanè amoris divini incendium, erga utilitatem hominum: siquidem præmium exposuimus; quia deduxit nos in litus; ubi vivimus exuti vinculis casti carceris, soluti retibus, atque sospites ex maris turbidi fluctibus. Atque dicitur, Fingere laborem in præcepto, ubi studet laboribus nostro commodo.

De causa in exitum.

13 Vidimus renuntiationis exemplum: contemplerur, quæ plerique relabuntur in mundum. Relictis retibus & patre secuti sunt Dominum Iacobus & Ioannes. Ad quid igitur derelicto ab his pijs fratribus mundo, retium atque patris sit connexio? O Prælati! Vigilate, ne ineretis in tentationem, dum tantum aspiciatis pietatis speciem; petirà a subditis facultate, propinquos atque parentes visendi: igitur huiusmodi sine reflexione indulgentiæ, ac subditorum vota, non sunt solatia, sed retia. Cum reflexione dixit: quippe quæ in ætate matura utilitates, solent esse discrimina in fervore juvenutis. Non est concedenda facultas his qui egrediuntur ut videant, vel egrediuntur ut egrediantur; sed dumtaxat, qui cæcè egredientes revertuntur. De quo Nos alibi. Suspiciolis vel in perfectis exitus, Ne quid forte surripuerit in via visus, aut auditio mala rei, vel octosi sermonis: ait D. Benedictus. Regul. Sancti. cap. 67. subditque prudenter: Nec presumat quisquam alijs referre quæcumque foris Monasterium viderit, aut audierit; quia plurima destructio est: siquidem curiositate excitata memoria, quia occulta illecebra, aviditas repudiata repetit, & quæ quæ didice-

Boet.

DIDASCALIA III.

Mundo maior qui se putat peregrinum in mundo.

14 Altruus Iacobi Ioannisque seculi missio, ut in oblivione mundi nulla lateat excusatio. Cum patre erant reficientes retia, in quibus illorum bona: & secuti sunt relictijs retibus & patre; quippe non relicto patre, aut reliqueretur rete: igitur facta fuga in facinore egregio renuntiationis, iterum caperentur a mundo: reti larvata pietatis. Scitur iam, cur si erant in navi cum patre & retibus; omnibus relictijs, minime dicitur, quod reliqueretur navis. Præcluditur in reversionem ianua, & etiam demonstratur, quæ in Religiosis perditionis via. Facultatem egrediendi potere propter navim, secum, quia iudicium, ferebat repallam: propter patrem, pietas urgetur in indulgentiam: unde subicitur reversionis causa frivola, proposita patris causa; ut cautè procedatur in concessionem exitus, ni coallat qualiter se se gesserit ex renuntiatione & patris & navis Monachus: quandoquidem egrediuntur sepe ut fluant, nequaquam ut videant patrem. Relinquamus ergo quod reliquimus; siquidem peregrini officium proprium negotium, & non negotium extra Monasterium. Audite Boetium ubi supra. Metr. 10. Huc omnes pariter venite capti, Quos fallax ligat improbis catenis Terrenas hebetans libido mentes. Hic erit vobis requies laborum, Hic portus placida manens quiete, Hoc unum miseris patens asylum.

Nova rin. Exod. 2. 22.

Psal. 145. 4.

S. Benedicti mundi maior.

tat

Tat sepulchri loca; ut sit peregrinus, quando fuerit in terra. Manent in corpore semina animi: & cui nulla terra propria, cum esset in terra; adhuc sub terra non propria, quia semper advena.

Senec. Quod me remittis? Exili exilium imperas, Nec das.

Dicebat, apud Senecam Medea, Act. 3. v. 459. quae a patria sponte recessit non reverfura. Non datur, dum exilium permittitur. Exilium est, ubi terra aliena est; vel universa terra erit exilium, si quicquid saeculi iudicatur alienum.

Genef. 22. 41. Clausit fub uno peccore Benedictus, quocumque gessit Abrahamus. Advena & peregrinus dicitur, sollicitans speluncam, ut sepeliret Saram. Brevi igitur compendio, mundi exprimitur renunciatio: Advena, quippe alienam cogitabat terram: Peregrinus, quia nec terram habebat in sepulturam. Hoc praclarum gestum Abraham: illustrius micat facinus Benedicti. Maior mundo est, qui se putat peregrinum in mundo: & ut magnitudinem astrueret rara peregrinatio; sepulchrum sprevit terram, quam cadaver habebat in sepulturam. Plaudatur namque dum sepelitur, vel dum non sepelitur: etenim si sepulchri terra propria; Benedicto vel morienti nulla, quia terra. Plaudatur etenim ius, ubi luget vel in mortuo nova peregrinatio, quod eminet excelsa peregrina magnitudo.

3 Solem Persa in antro venerabatur: ait Chartistus in Apoll. fol. 46. Ita adoramus Benedictum, qui Sol cognovit occasum. Aegyptij adorant Solem in navi, quam proposito nostro ex Martiano Capella praefatus Auctor describit ibid. fol. 45. Eandem flammis universam consagrare, pretiosis mercibus onustam, septem ei fratres praesse, intrinsecus lucis fontem coherere, quam occultis quibusdam vijs per universum orbem diffundebat. Ecce Solis virtutis signa. Inquirenda est mythologia. Per navem significatur adventus vel migratio: ait Pierius Valer. lib. 45. Hieroglyph. cap. 2. & ut claris arcanum indicet, ibid. addit; Navigationem in Italiam ostendit. Latebat quid signaret istiusmodi navis, quousque tempus advenit translationis Solis Occidentis: igitur cum sorore Scholastica, dimissa sepulchri, aut atri, ubi colebatur, terris; freta radijs scindens, & ubivis obvius gratijs, fratribus comitantibus urnam, pretiosis mercibus onustam, uti illius reliquiarum apothecam,

Vincent Chart. Aegyptij adorant Solem in navi, quam proposito nostro ex Martiano Capella praefatus Auctor describit ibid. fol. 45.

Descriptio navis Solis. Eandem flammis universam consagrare, pretiosis mercibus onustam, septem ei fratres praesse, intrinsecus lucis fontem coherere, quam occultis quibusdam vijs per universum orbem diffundebat.

Pier. Val. Navigationem in Italiam ostendit. Latebat quid signaret istiusmodi navis, quousque tempus advenit translationis Solis Occidentis: igitur cum sorore Scholastica, dimissa sepulchri, aut atri, ubi colebatur, terris; freta radijs scindens, & ubivis obvius gratijs, fratribus comitantibus urnam, pretiosis mercibus onustam, uti illius reliquiarum apothecam,

Senec. Huc ille decrevit gigas. O quanta Titam in vobis moles abis!

Pompatica vebitur navi in Galliam, terram alienam; sed ut revertatur in Italiam: etenim adventus debebat esse & migratio, completo Solis curriculo; quo tanquam in occasum cursum dirigeret in Casini verticem, sparsa luce occultis quibusdam vijs per universum orbem.

4 Quae singularia, habent (ut conciliant fidem) prodigia praevia. Alexandrina navis appulit (ostentum refert Suetonius in Sulpic. Galba cap. 10.) sine gubernatore, sine nauta, aut vectore ullo. Navis Solis vebitur occultis quibusdam vijs. Navis in qua cadaver Benedicti progreditur sine gubernatore, sine remige: ait Diodericus cap. 8, de Illation. relig. S. Benedicti. Sine cura remis? Quid mirum? Navis est Solis. Viam navis in medio maris supit Salomon. Quid si in navi vectum atque vectorem prospiceret Benedictum? Ergo intendamus in miraculum.

5 Surdo corde Ionas fugiebat reverturam ad pravitate Niniven; & ne fugeret, flumina elevaverunt, usque ad aethera vocem; etenim ut magis quam fluctibus crispis, quateretur vocibus navis peccatoris; mirabiles apparerent tranquillae elationes maris. Simulatque in navem Ionas ascendit, in illam vento soluto tota procella detonuit, ut quae fluctibus & vehementiori flatu ruptis velis elevabatur in caelum, graviore lapsu fugitivis undis laberetur in fundum. Tunditur hinc illinc: fervet mare, venti flant, irruentes in ratem levem, turbinis & fluctus vel ludibrium, vel certamen. Fluctifrago tremie silva sub ictu, iuvante vento; & malus frangi dubitans stridet ab alto, clavo sine regimine, & anrenna palpitante; igitur subter concussa spina carinae, patulis tabularum commissuris, quasi in ostensionem cadaveris ratis. Interea nautarum gemitus, in caelum plandus, de morte meror, pro rate labor, pro discrimine dolor. Sunt miserae voces ad singula fragmina Ponti; & moriuntur opibus, ut pauperes possint vivere: quandoquidem opum avidum in pelagus merces praecipitant, & pericula damnis vincere tentant. Eleganter describit articulum Tertullianus, vel quisquis fuerit, quippe in Panel. edit. non inventio, Carm. de Iona & Ninive tom. 8. Biblioth. V. PP.

Procella in Ionam gravissima. Parvula non subito maculaverat atra nubes, Vellee sulphureo de semine concita venti, Paulatimque globus pariter cum Sole cohaesit, Deceptumque diem caliginis agmine clausit. Fit speculum caeli pelagus, niger ambitus undas

Terzul. Inse-

Prodigii Alexandrinae navis. Sueton.

Dioder.

Procella in Ionam gravissima.

Terzul.

Inscit, in tenebras ruit aether, & mare surgit.

Nec quisquam, medios fluctus dum nubila tangunt,

Gloria ventorum, quos omnes turbine miscet. Inhiabat mare corpori Ionae, & quiescere renuit, quousque miserunt in mare. Praeparaverat Dominus piscem grandem, ut deglutiret fugientem; in cuius ventre fuit Iona tribus diebus & tribus noctibus. Pugnat orbis terrarum contra insensarum, nec admittit ab insensibilibus prudens consilium, nec amplectitur respicientiam, esse viderit orbem laborare, ut reducat in viam. Metricè astruit tropologiam Hugo Victoriana Serm. 4.

Ion 2. 1. Quid fig nescit

Hug. Victor.

Chrysol.

Cete navis Iona.

Matth. 23. 40.

mendatio miraculi: siquidem nullum maius, quam videre navim ductam & ductricem (motam a cadavere clara representatione, posito in sepulchro vivo, per mare vago) appellere, ac feliciter in optatum pervenire portum, quasi cadaver posset, quo vebebatur, vita informaret phaselum.

7 In navi collocatur Sol Benedictus, sed eclipsis passus; quippe dumtaxat sacri cadaveris ossa erant & remi & carbasa, atque gubernaculum, quois vidit navicula portum.

Divinum gelidis sine remige creditur undis Corpus, idem profusa vector onusque ratis. Accinit N. Gabriel Bugnotius Epigram. de Illat. Off. S. Bened. Sine remige, sine gubernatore. Sine remis fluctus fecat? Sine velis cursum ad a festinat: Quis mover? Qui interior regit ductor navis, Sol splendens Occidentie. Nonne cadaver gelidum? Navem non habitat ut sepulchrum? Profecto. Ecce miraculi magnitudo, ut verheret, a qua vebebatur, dirigens navem, quasi non regeretur: quandoquidem pervenit in portum, quia ipse interior; quod volebat, moderabatur navigium. Vita mortuorum sepulchrum est. Exponendum itaque quid gloria attulerit renunciare eiusmodi vix, & quae gloria data pro vita renunciatione.

8 Aprè dicitur de Benedicto, dum est, vel non est in tumulo, quod praedicatur de Petro: Relinquimus omnia. Omnia? Uti que. Vita vitae sunt divitiar, & opulentia saeculi. Vita post obitum, est sepulchrum, iuxta illud Lucretij lib. 3. de Res. nat. r. 1088.

In quo fit mortaliibus omnis Aetas post mortem. Et reliquae omnia relicta vita vitae, & vita mortis, qua cadavera vivunt in sepulchris. Fortasse laboriosum non est homini, relinquere sua; sed valde laboriosum est, relinquere semetipsum: ait Gregorius Magn. Homil. 32. in Evang. Qui sua relinquit, relinquit quae sui non sunt: qui sepulchro renunciat, relinquit se: & amplior patet fastidij demonstratio, abnegare semetipsum; quam sibi detrahere opulentiam bonorum. Ultra omnia, quae dimituntur in vita, Benedictus ingeniose construxit aedia. Non relinquitur ingeniose, ubi superest renunciationi sepulchrorum; & a Benedicto sepulchri dimititur terra, ut relinqueret omnia; vel post despectum mundum, esse aliquid post omnia relinquentium. Despicere mundi felicitatem, est extraneis valedicere: despicere quietem tumuli, est a se abesse, vel a se despicere. A se despicere, est mori: & mori post functum obitum, quia non visum, est portentum. Ratio

Insigne prodigii.

Bugnot.

Cadaver Benedicti regerat navem.

Matth. 19. 27.

Lucret.

Gregor. Magn.

Benedictus post obitum mortuus.

suppe-



do plus, dum etiam post vitam & sibi abnegavit se.

16 Nulla (quid si insignis?) hominis recta operatio sine pramio. Pro huiusmodi mancipata vita, quid ergo erit Benefictio? Si reliquit, quam habet cadaver, vitam; vitam profecto habebit, quoniam reliquit. Vitam in sepulchro? Vitam non habet, quia mortuus: vitam cadaveris etiam caret, quia insepultus: quamnam ergo habebit vitam, dum non cogitamus aliam? Citò promam. Dixi supr. n. 9. apud Egyptios, sepulchrum significari per cor. Apud cor hic designatur per sepulchrum: igitur si cor origo vitalitatis, patet in sepulchro vitales cineres. Adhuc est flamma, ubi absconditur vita. Vivit in funere, & respicit in morte. Vel in urina gaudet motu, & ossa nobili spiritu, palpitante corde in sepulchri ariditate.

Culor cineris, vitales.

Apoc. 9. Vieg. Haye.

Est vita sepulchri.

Ibid. v. 10.

Alapid.

Miraculis comprobatur in cadaveribus vita.

Levit. 10. 2.

17 Aperto sigillo quinto libri inferutabilis per immaculatam Agnum; videtur Ioannes sub altare Dei animas interfectorum. Viegas, Haye, Alcazar, & alij hic interpretantur Animas, Cadavera, Corpora. An quia cadavera sepulta, vel post mortem describuntur animata corpora; & ut per sepulchri dignitatem, affruatur vita, quæ possidetur post mortem? Si adest corporibus anima, nullatenus corpora mortua. Qua ergo lege quæ cadavera erunt animæ? Per nexum contrarietatis, ostenditur summa honoris; igitur operantur mirabilia, quasi non essent cadavera. Vox viventis indicat, & illa clamabant. Ne dubitetur vitæ singularis fax, vitam cadaverum demonstrat audita vox. Clamabant. Quid? Translationem. Post corporis immolationem, & sepulturam in altari holocaustorum translata sunt anima: ait Alapide hic. Sit ergo: verum ad quid translatio? Ut per huiusmodi transitum pateat vita interfectorum. In translatione ossa operantur miracula, quibus in ossibus comprobanda vita: dicunturque animæ, quæ principia vitæ; siquidem per prodigia, quæ factura ossa in optata translatione, mundo manifestandum, corpora sine vita gaudere vitalitate.

18 Attestatur acuminis phrasia singularis Sacre pagine. De filijs Aäron dicitur: Egressus ignis devoravit eos, & mortui sunt. Ad quod igitur dicuntur mortui, dum in cineres supponuntur flammæ virtute redacti? Quia sunt cineres animati, ut liquet in ossibus Benedicti. Sunt ossa, sed non arida; quippe miraculis florida. Sunt reliquiæ vitales: quæ fatagunt translationis; ut constet in ossibus præstantia vitæ, vel intra sphaeram sepulchri. Vitæ in sepulchri sphaera? No-

va sanquam vita. Vita est motus à se. In cadavere non motus. Est vita, qua vivitur ante mortem; est etiam vita, quæ post mortem vivitur. Vita post mortem est, cadaver cadaveri, quam non habet, præstat vitalitatem: & Benedictus mortuus in translatione ossium plauditur vivus; quia illud non eius cadaver cadaver tetigit, animam corporis mortui in hanc auram rovocavit.

Vita cadaveris est, cadaveri datur vitam

19 Reticulum insigne ex floribus virtutum Elisei, intendit concinnare Siracides, & uti præstantiorem inter rutilos flores, designat: Mortuum prophetavit corpus eius. Observetur vox Prophetavit: de qua ex profetio Nos, Tom. 6. Tautolog. 5. ad illud 3. Reg. 22. 10. Propeta propetabant. Ezechielis propheta dirigitur in ossa arida: ac quid prophetabant ossa? Propetia, iuxta Angelic. Doctorem, 2. 2. quæst. 171. art. 1. in corp. Est inspiratio vel revelatio divina rerum eventus immobili veritate denuncians. Denunciatio supponit vocem: vox spiritum, spiritus vitam. Unde igitur cadaver Elisei, ut prophetaret, habuit spiritum, si facit ut corpus mortuum? Quidam sepelientes hominem (dicit historia lacra) proiecerunt cadaver in sepulchro Elisei: quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo, & stetit super pedes suos. Cum essent ossa Elisei in sepulchro, vitam dedit cadaveri dumtaxit ossium contactu: & cum resiliuntur vitales halitus, Eliseus plauditur vivus; quoniam vitam, quam quit habere cadaver sub tus terram, est posse communicare alij cadaveri vitam.

Ecll. 48. 14.

D. Thom.

Miraculum insigne, mortuum mortuum suscitavit.

4. Reg. 13. 21.

20 Quis vitam modò negabit post mortem ossibus Benedicti? Quis non negabit, cum ossa ferantur de sepulchro in sepulchrum? Vita & in sepulchro? Profectò. Iacebat coram ossibus cadaver: verum ut mortui mortus tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur: ait Adrealdus in Hist. Floriacens. cap. 8. Simulatque frigidum cadaver, procul vitalitatis igne, Benedicti cadaveris tetigit ossa; vita facis extinctæ respicendit flamma. Spiritum haud accipit a vivo, sed à mortuo. Per mortuum accipit vel recipit, quod iam cadaver, spiritum? Quid novi, si ossa Benedicti cadaveris viva vocentur, dum à sepulchro Caphnesi transferuntur? Vita siquidem quæ habetur, uti virtutis insigne, in mortis regione, est posse vitam participare cadaveri. Gloriosum plauditur Christi sepulchrum: & ostendit Basilii Seleucien. unde gloriosum. Mortuos liberaturus erat Christi tumulus: inquit Orat.

Adreval. Benedicti ossa vitæ mortui erant insigne.

Ilai. 11. 10.

Basil. Sel.

13. Mirum itaque, quòd à vivente vita dantur cadavera; cæterum à cadavere, manentia

xima

xima gloria. Singulare est, quòd ab homine revocetur in cadaver spiritus; igitur ad præteritum, nisi miraculo, non datur regredi. Spiritus vadit, & non redit, quippe et carcere mortis nullus extorquet. Verum ne, dum fiat, iudicetur impossibile; videmus facem accensam extinctæ flammam facile communicare. Hæc est gloria, sed non summa: summa planè, cadaver cadaveri vitam, quam non habet, participare lucem; sicut mirabile lucernæ extinctæ extinctam communicare splendorem.

Sepulchrum Benedicti gloriosum.

Ecll. 48. 14. Ver. 15.

Syr.

Mortuus suscitavit mortuum, inter miracula maxime.

21 Cursum resèctamus in prodigium Elisei, cuius dudum meminimus. Mortuum prophetavit corpus eius: dixit Sirachus, insigne: In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Fecit monstra in vita, quia Ilium Sunamius eduxit potens è faucibus mortis: fecit mirabilia in morte, vitam communicatà cadaveri. Ita enim Syr. In vita sua fecit prodigia, & in morte sua vivificavit mortuum. Cur igitur vitæ dicuntur tantum miracula, & miraculum post mortem mirabilia, quasi è numero miraculorum miracula singularia? Eiusdem speciei sunt miracula, quorum eadem argumenta. Si resurrectio mortuorum est materia illius virtutis, & Siracides laudis quare resurrectio secunda signatur universa mirabilia? Præ oculis ratio, atque potestatis magnitudo. In vita Eliseus gaudebat igne vitalitatis, atque calore ignis, ut in vitam posset aliquomodo disponere cadaver infantis. In morte carebat igne; & plauditur compendium miraculorum resurrectio facta, cum habitaret sepulchrum; quoniam insignis inter miracula pater, vitam communicare, quin haberet. Hispan. Por ser lo mas singular entre todos los aßombros, comunicar à un cadaver los alientos sin alientos.

Adreval.

Mortuus vitam, qui vesperis mi facula.

22 Infantem, dum referret Benedictus, revocavit ab Orco: revertit Gregor. Magnus lib. 2. Dialogor. cap. 32. Dum ossa illius transferuntur idem miraculum fit. Quodham maius? Quod fit modò. Ut mortui mortus tetigere ossa, per mortuum mortua vita redditur. Minime datur locus contentioni, cum inter cuncta ruditer miraculum singulare. Prius lux viva potuit infundi & illustrare statum gelidam, quam adinstar Promethæi deformatione formavit Lachesis in sepulchrum. Ignis igne fovetur. Modò ut cinis sine flamma transferatur, ut sepeliatur: & inter miraculum & miraculum, hoc singulare prodigium; quoniam cadaveri à cadavere communicari vitam, excedit planè miraculorum sphaeram. A mortuo vitæ Sanè universa miracula.

Tom. II. Taut.

Huic Soli plus ultra est, ubi non videtur ultra. Luminare maius necdum constitutum in circuli sui suprema Zodiaci altitudine, sequebatur hæcæne Epigraphe: *Non dum in auge.* Ita Silvester à Petra-Sancta de Symbol. heroic. lib. 1. cap. 3. Quicquid virtus Solis, apertus cadit in vilitatem Solis Occidentis. Reliquit Sol miserabilem mundum propter cælam; ut frueretur beatorum fore; cæterum necdum in auge: siquidem adhuc restabat perfectio, ut seipsum relinqueret in sepulchro. Nihil ultra videbatur in potestatis virtutis, concessa vitæ cadaveri infantis; sublata à funere risti; attamen necdum in auge: etenim restabat in eius gloriam, quòd cadaveri cadaver conferret vitam. Maior constat mundo, qui seipso maior. Hic datur virtuti decor. Beatitude. *Suprema est meta laboris.*

Benedictus post mortem tendit in summam.

Seque

DIDASCALIA IV.

Baptista in generali habitaculo satis se miratus est, esse peregrinum.

TESTatur Chrysologus Serm. 92. Peregrinus dicitur, & est Ioannes peregrinus, quippe advena in terra propria. Advena & peregrinus: dicitur Abrahàm inter filios Hech: reit ad perfectionem virtutis aliquod plus. Peregrinus, quoniam illic devenerat ex patria; & terra aliena non propria: verum felicitate habitatione Baptista, qui peregrinus, & nequaquam advena. Non est peregrinus inter homines homo; siquidem cunctorum una conditio: & Baptista sese iudicavit peregrinum, ubi genitus obtinuit genitricis habitaculum; quippe licet esset cum reliquis hominibus conditionis eiusdem, ampliore cunctis adeptus est perfectionem; vocaturque iure inter proprios exortens; quia sicut illum neminem unquam vidit humanum genus. Ante tuos vultus genuit nec femina quemquam. Maior Ioannis nostri qui viribus esset. Canit Iuvenoc de Evang. hist. lib. 2. v. 543. Quid mirum, si in eadem natura peregrinum cogitentur, cum in homine plerumque hominem viderent? Nascitur, sed posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes: Quis puer iste erit? Quæstio ex prodigijs in eius

Chrysol. Sol. Geneb. 230. 4.

Ioannis in natura buma na peregrinus, et bomp.

Iuvenoc.

Luc. 66.

Nam